Quelle:
Copyright:

Cod. XIII.

Chartac. Fol. Sec. 14.

1.
f. 13.

Plura in hoc codice, non ab una manu scripta continentur.

1.

Calendarium 6 mens. Populi Rom.

fol. 1-9

Calendarium sex mensium, cum festis diebus populi romani. Invenitur etiam in editionibus Ovidii Nasonis studio D. Crippingii, Amstel. 1702. 8. Tom. 3. p. 3. et P. Burmanni, Amstel. 1727. 4. Tom. 1. p. 1. Sed scriptor codicis nostri pleraemque addidit Comentarium, vel ex libris Fastorum Ovidii, vel aliunde prosaicum. Sic prima die Januarii comentatur in hunc modum: "Est festum Jani, a quo mensis Januarius dicitur. Sic "enim ait: Profideo foribus cali cum mitis horis. et "redit officio Jupiter ipse meo (a) etc: Utinam inter "pres noster hunc ducem semper est sequutus, sed risum teneatis amici. undecima /: III idibus:/ Januarii ita deli"rat: "Pontificale sacrificium Carmentis: In eodem die "est templum Juturne /: sic, loco Juturne:/ consecratum. "Hoc Carmentis ea die Romam venerat, secumque cali"nas literas attulerat. Pontificale sacrificium dicitur "eo quod Pontifex illa die Missam celebrabat". Folio nono in calce Calendarii addit: "Quando recessit Ovidius "a Roma sex liberos hujus operis pre nimio dolore "combussit." ~~Deperiit intelligatur~~ Illud autem opus "horum scilicet sex mensium quidam ex amicis suis "habebat; et ideo non est combustum." Idque si intelligatur de sex libris Fastorum deperditis. Quid autem de hoc Calendario censendum sit, docet Heinsius in prefatis editionibus operum Ovid. Nason. "Kalendari"um, inquit, quod vides, cum in vetustis membranis re"perissem, quamvis mendosum foedeque depravatum "multis partibus, et ab homine hujus argumenti non fa"tis perito confectum "etc. In codice 8 prima folia occupat.

(a) Fastor. l. 1. v. 123.